

tur *ἀνατολή* à vulgo 143. oritur xxi Julii, *ibid.*
 Ophiophoria, 157. 158
 P
 Alamedes auctor Astronomiz, 73
 Paralleli circuli in sphaera, 9. cur soli quinque describuntur, *ibid.* eorum distantia, 11. 86. 87. intervalla parallelorum in sphaera, 87
 Paschalis mensis, 176. & seq. 199. & seq. de Paschatis correctione Isaacus, cap. 16.
 Pericæci, 29. 89
 De Perseo error Arati, 107. ejus stellarum aliquot declinatio, 113. Situs ejus, 117. coortus, 129. cooccafus, 132. 133
 Perseus oritur, 38. oritur vespere, 42. occidit, 44. 45. oritur, 48. occidit vespere, 49. oritur vespere, 49. 51. 52
 Phenomena qui scripsere, 149
 Philippus astronomus, 23
 Philippus astrologus observavit in Peloponneso & Locride, 53
 Piscis notius oritur, 38. 42. 46. 48. 51. 52. ortus, 134. occasus, 135. verus ortus, 138. occasus, 139
 Piscium nodus oritur, 39
 Piscis boreus oritur, 48. declaratio, 115
 Piscium nodi situs in æquinoctiali, 117
 Piscium ortus ab Eudoxo, & Arato definitus refellitur, 125. 126
 Planetæ septem, 3. moventur contrario ac cælum motu, 25. quod negarunt aliqui, qui & refelluntur, 26
 Planetarum ordo, 80. nomina, *ibid.* harmonia, *ibid.* motus & intervalla, 81. quid sit eos in aliquo signo versari, 9
 Pleiades oriuntur vespere, 37. occidunt mane, 37. 38. vespere occultantur, 39. oritur Pleias, 39. septem esse, 107
 Polus quid sit, 8. 88. Eudoxus in stella posuit, 39. Poli duo sunt totidem stellæ ex quorundam sententia, 145
 Posidon, de eo Gaza, cap. III. 154
 Principia rerum secundum philosophos, 75. & deinceps, 94
 Procyon, 8. mane occidit, 45. 46. vespere oritur, *ibid.* occultatur, 50. oritur, 51. coortus, 134. 135. cooccafus, 136
 Pyanepson, 157. 158
 Pythæ Massiliensis narratio, 13
 R
 Regulares, 179
 in Rhodo maxima dies, 2. 13
 Romæ maxima dies, 13
 S
 Agitta occidit, 37. asterismi ortus, 78. occasus, 131
 Sagittarius oritur, 38. genu conditur, 42. 43. 44. genu oritur, 46. 47. mane occidit, 50. vespere oritur, 51. De ortu ejus refellitur Eudoxus, & c. 124. verus ortus, 137. occasus, 139
 Sais oppidum duplex, 148
 Sanguinis dies, 68
 Saturnalia, 72
 Scorpius oritur vespere, 37. frons oritur heliacè, *ibid.* Clara Scorpii, quæ & Antares, oritur, 38. Aculeus oritur, *ibid.* occidit, 39. mane occidit, *ibid.* Antares occultatur, 42. mane occidit, 43. oritur, 44. vespere oritur, 49. mane occidit, 49. 50. spondyli ejus à polo distantia, 111. stellarum aculei declinatio, 115. De ortu Scorpii error Eudoxi, & Attali, 124. verus ortus, 137. occasus, 139
 Serpentis Ophiuchi coortus, 128. cooccafus, 130
 Siderum à se invicem distantia per intervalla horaria ab Hipparcho definita, 140. & deinceps.
 Signa Zodiaci alia stellata; alia dodecatemoria: è quibus priora partim non implent, partim excedunt duodecimam circuli partem, 1. Quædam è stellatis borealiora

sunt Zodiaco; quædam australiora, 2. Signorum aspectus vide in Aspectus. Signorum Zodiaci ortus & occasus, 16. quolibet die, ac nocte sex oriuntur, & occidunt, 16. 17. De orbitibus, & occafibus eorum verum error, 17. quot diebus singula peragrentur à Sole, 36. & deinceps. De signis stellatis Zodiaci, & aliis, 84. 85
 Solis anomalia declaratur, 2. & deinceps. In eccentrico movetur, 3. quænam Zodiaci partes longiori tempore percurrat, *ibid.* & 4. vide in Eclipsis. movetur contrario motu ac mundus, 25. negantium opinio refutatur, 26. de natura Solis, 81. 81. ejusdem defectio, 82. magnitudo, *ibid.* Motus ejus, *ibid.* & 85
 Solos urbes duas fuisse, 149
 Solstitia quid sint, 2
 Sphæræ circuli, 8. 84. Aratea, 91. variis sphæræ positus, 87. 95. quomodo docenda, 142. 145. 146
 Stellarum descriptio, 7. De earum ortu & occafu, vide in Ortus. Significationes, five *ἰννομασίας* latè, 32. & deinceps. Nullam vim habere stellas ad efficiendas mutationes aëris, & tempestates fufè disputatur, *ibid.* & deinceps. ubi esse tantum signa, non causas, ostendit. An sint igneæ, 83
 Stellæ parapegmatis Ptolemæici, 53. stella quid sit, 78. aliæ fixæ, aliæ errantes, *ibid.* quæ sit natura, 79. figura, *ibid.* sintne animantia, *ibid.* quid à sidere discrepet stella, *ibid.* & 145. tamen confunduntur, *ibid.* de nominibus earum, 128. Stellas Hipparchus numeravit MLXXX. 145
 Stellarum aliquot situs secundum parallelum æquinoctiali circulum, 104
 T
 Auri cauda occidit, 37. cornua occidunt, 38. cauda oritur, 39. de ortu Tauri refellitur Eudoxus, & Aratus, 127. verus ortus, 138. occasus, 139. 140
 Tempestates anni quatuor, 2. quanto intervallo constant, *ibid.*
 Tiberinalia, 70
 Terminalia, 66
 Terræ habitabilis partes, 29. moveri quidam dixere, 95
 Thargelia festa, & mensis cognominis, Gaza, cap. IV. 155
 Tropici circuli, 9. æstivus ab horizonte variè secatur, 10. item hibernus, *ibid.* Circa æstivum dies sensile incrementum non capiunt, 15. 85. Tropici æstivi ratio ex Arato, 86. Tropici item hiberni, 9. 10. 87. 96
 Tropicus æstivus ab Eudoxo & Arato circumscriptus, in eumque Hipparchi inquisitio, 113. & deinceps. de tropico hiberno Eudoxi, & Arati, 114. 115. 142. 143. 145
 Tubulustrum, 66
 V
 Enti ornithiæ, 47. 48. quid sit ventus, 91. eorum nomina varia, *ibid.*
 Vergiliæ, vide Pleiades.
 Vendemiator, 7. oritur, 37
 Virgo oritur, *ibid.*
 De ortu Virginis, 123. ubi Hipparchus Eudoxum, & Attalum refutat. Verus ortus, 137. occasus, 138
 Virginis spica, 7. oritur, 37. occidit, 42. oritur, 47. oritur vespere, 48. mane occidit, *ibid.* occultatur, 52
 Umbrarum pro situ regionum discrimina, 90
 Undecuplatores Maximi cap. XI. 174. & seq. & parte II. computi.
 Urna fidus, 7
 Uræ duæ, de quæ his Eudoxi & Arati lapsus, 104. Septem stellis ambas definiere veteres, *ibid.* Situs stellarum aliquot Uræ majoris in parallelo æquinoctiali circulo, *ibid.* de capite Helices error Eudoxi, 106. majoris Uræ pedum declinatio, 116
 Uræ minoris caput, id est borealissima in laterculo, est in postrema parte scorpii in parallelo circulo, 108. situs ejus capitis in æquinoctiali, 122
 Vulcanalia, 70
 Z
 Odiacus ejusque divisio, 1. & 12. latitudo ejus ortiva, 16. de eo agitur, 84. 85. 96
 Zonæ, 29. & deinceps. earum distantia, 30. torridam Oceano interfusam aliqui prodiderunt, 31. quod refellitur latè, *ibid.* Torridam esse commodioris habitationis sub æquinoctiali, quam sub tropicis docuit Polybius, *ibid.* de Zonis agit Tadius, 88. 89. quod sit earum intervallum; *ibid.* quot sint, 90. 96. Torridam habitari, *ibid.* 144. 147

D I O N Y S I I
 P E T A V I I
 A U R E L I A N E N S I S
 E S O C I E T A T E J E S U
 V A R I A R U M D I S S E R T A T I O N U M A D U R A N O L O G I O N ,
 sive Auctarium Operis de Doctrina Temporum
 L I B R I O C T O .

In quibus pleraque ad Cælestium rerum, ac temporum scientiam necessaria tractantur.



D E

VARIARUM DISSERTATIONUM LIBRIS

A D

CANDIDUM LECTOREM

P R Æ F A T I O.

QUOD sit horum institutum librorum, (humanissime Lector) brevi tibi, sed necessario sermone declarabimus. Cùm Auctarium nostrum variis Scriptoribus instrueretur; qui partim de cœlo, & iis, quæ cœlo continentur, corporibus agerent; partim annorum, temporumque rationem exponerent: ad eam argumenti varietatem accommodandæ disputationes nostræ fuerunt. Primum itaque, quoniam pars illorum præcipua de stellis inerrantibus differit; quò major ex eorum lectione fructus caperetur; quadam illarum methodus explicanda fuit; quam expeditam, ac facilem priore libro tradimus. In secundo, iisdem de stellis, & octava sphaera, veterèque astronomia nonnulla promuntur haud vulgò sanè cognita. Tertius liber de octavæ sphaeræ motu agit contra Scaligeri postuum librum de anticipatione æquinoctiorum: & Hipparchi, præcorumque reliquorum astronomiæ principum causam adversus illius temeritatem suscipit. Sequentes quatuor propugnationem doctrinæ nostræ cum imperitorum quorundam confutatione conjunctam habent. quorum alter Hispanus, qui se Jurisconsultum appellat, quantum ei nomini respondeat, non facile dixerim. Sed, si verum est, quod nos pueri didicimus, nullam sine Grammatica constare scientiam; ut quæ omnium elementa, ac principia continet; non est quod juris istum valdè peritum putemus, qui à Grammatica tam malè sit paratus. Nisi fortè magnum aliquid in litteris expectes homine ab illo, cujus pagina nulla solæcismissis, ac ceteris hujusmodi Latinitatis purulentis vacua sit. Contra hanc barbariem, sic quasi Gothicam, aut Vandalicam impressionem, quartum librum, & quinti insuper partem objecimus. in quibus de anno Græciæ, Atticæque veteris; ac de Judaico, Ægyptiaco, & Romano vetere disputamus. Græci quidem & Attici ratio tam exactè propolita est in quarto, nihil ut ferè prætermisissum sit, quod de eo argumento ex antiquitatis memoria possit afferri.

Alter, quo cum mihi negotium ceteris in libris fuit, Gallus est; è Calvinianorum grege. qui eadem, quam olim cum Hispano communem habuit, juris professione damnata, totum se transtulit ad eam, quam iste neglexit, Grammaticæ scientiam: atque in Vocabulariis legendis, ac describendis atatem contrivit omnem. Idem tamen, ut se non hoc solum scire monstraret; ac se unum faceret è magnis Criticis, alia vexare studia non destitit. ac primùm Theologicis ab rebus, & fidei dogmatibus exorsus, de suburbicariis Ecclesiis, & Romani Pontificis jurisdictione ea garrere est ausus, quæ in Molinæi pistrino ex Ministrorum suorum declamationibus abstulerat. sed valentiùs opinione sua dejectus, allatrare desit, *caudamque remulcens subjecit pavitanti utero*. Inde ergo se ad pristinas naniæ, & scribendos commentarios retulit: ediditque nuper Grammaticarum ad Solinum Exercitationum tomos vegrandes duos: in quos, velut in fartum, ac saturam, libata disciplinis ex omnibus capita, ac theoremata congestit. Qua re facile admirationem expressit, ab indoctis, & incuriosis lectoribus, diffusæ, ac multiplicis eruditio.

P R Æ F A T I O.

eruditionis: ab non fatuis, & illarum artium peritis; confidentia. Adeo enim in singulis peregrinus est, & rudis, ut ne trita quidem, & vulgaria doctrinarum istarum elementa noverit. Quod equidem non sine stupore sum expertus in omnibus, quae fortuito, an delectu, sub oculos nostros, examenque subierunt. Ea vero pro tanta farraginis mole, non valde multa sunt, sed in quae innumerabilia generis omnis non errata, sed prodigia confluerunt. Hoc ita esse cognosces partim ex ea velitatione, quam ad Juliani opera nuper adtexuimus; partim ex hisce Dissertationibus; in quas ea solummodo coniecimus, quae ad Auctarii nostri Scriptorum argumentum utcumque pertinebant. Ac de istius erroribus, & inscitia minus conqueror: hoc unum intolerabile videtur; cum tot vitiis, maculisque deformatus ipse sit, tam alienis lapsibus iniquum eundem esse; & iis insequendis tantum saevitiae, ac feritatis adhibere. Nam nemo est, quem non stilo suo confoderit. Catholicos, haereticos, vivos, mortuosque promiscue habuit omnes: ac ne ab amicis quidem suis abstinuit. Tanta obrectandi libido est. Scaligerum certe paginis prope singulis appellat, ac ludibrio vexat. Casaubonum item, aliosque consecratos suos, & earumdem, in quas contra Romanam Ecclesiam juratus est, partium satellites. Ex quo quali in Catholicos animo sit, licet assequi. Delrio quidem Societatis nostrae Theologo, & in divinis, humanisque litteris cum egregia laude versato, petulanter insultat paginis omnibus. ac propter apicem unum in Solino neglectum; aut collocatam aliter, atque oportere putat, voculam, extremae imperitiae ac tarditatis accusat. Et tamen non Delrii modo nostri; sed cujuscumque vel mediocriter eruditi hominis errata, quae quidem litteris ad hunc diem prodita sunt; si cum monstis Plinianarum Exercitationum conferas, mera esse *κατορθώματα* videbuntur. De me enim ipso quid succenseam, quem praeter ceteris ad convicia, & maledicta designavit? cui gratulari potius idcirco debeo, quod neque me laesit ulla re: & si ego, quod minimè volo, ulcisci cupiam; genere id nullo facere gravius possim, quam in me oppugnando ultus est ipse sese. Si quidem ea in reprehendendo me posuit, quibus ne levissimè quidem perstrinxit: sibi verò, quam alteri parabat, inscitiae, ac stuporis infamiam insigniore monumento statuit. De his igitur, quatenus ad Auctarii, uti diximus, *κατάθετον* necesse fuit; praeter pauca illa quinti; sextus ac septimus institutus est liber. reliqua, quae ut finis esset aliquis, in praesens ommissa sunt; suum tempus, ac locum requirunt. Ex quibus tam iste, quam similes ejus ceteri,

*Sinistra quos in lucem natura extulit;
Nec quicquam possunt nisi meliores carpere;*

id esse verissimum scient, quod dixit Cicero; *stultitiae esse aliorum vitia cernere; oblivisci suorum.*

Postremus & octavus liber illustrandis Graecorum aëris, & computis attributus est. Id enim Maximi, & Isaaci libri flagitabant, quibus suum in Auctario locum utiliter dedimus. Hæc de toto Variarum Dissertationum Opere universè praefari volumus; quae autem dici praeterea poterant, ea singulorum ferè librorum in praemissis occupata sunt.

CONSPECTUS ET SUMMA
LIBRORUM ET CAPITUM
VARIARUM DISSERTATIONUM

ad Uranologion, sive Auctarium Operis

DE

DOCTRINA TEMPORUM.

LIBER PRIMUS.

In quo ortus & occasus stellarum fixarum methodus exponitur.

CAP. I. D E ortu & occasu stellarum, quid sit, & quatuorplex, à Gemino, Theophrasto, Prolemaeo, aliisque declaratur. pag. 1	IV. Tabula ad ortus & occasus stellarum investigandos necessaria. <i>ibid.</i>
II. Explicantur regule quaedam ad ortum, occasionem stellarum utiles, & Gemini locus perdifficilis expenditur. 3	V. Canonis ad ortus stellarum & occasus inquirendos. 21
III. Methodus ortuum & occasuum investigandorum, ac tabularum ad id necessariorum explicatio. 5	VI. Tabula ortus & occasus stellarum aliquot ad Julianae editionis annum primum, unà cum Calendario triplici. 30

LIBER SECUNDUS.

CAP. I. D E æquinoctialis & zodiaci partitione à Chaldeis, Aegyptiis, ac Graecis instituta. 37	tionibus explicata. Mira in his, & Firmici loco hallucinatio Scaligeri. 46
II. De longitudine, ac latitudine stellarum veterum Astronomorum sententia declaratur. utramque penes æquinoctialem circulum consideratam fuisse. 39	VIII. De dignoscendis stellarum ortibus, & occasibus, quorum apud auctores mentio fit. quae res certis regulis, & exemplis instruitur. Theophrastus, Varro, Plinius, Columella, Prolemaeus, aliique vel illustrati, vel emendati. quae sit admissura temporaria, & serotina. Geneleos locus exponitur. 48
III. Eudoxi sententia contra, atque Hipparchus putavit, exposita. Eiusdem Hipparchi error dodecatemoria cum asterismis confundentis. Aratus & Servius illustrati. 40	IX. De ortu & occasu Vergiliarum explicantur ea, quae ab antiquis memoria sunt prodita. Virgili de iis locus inextricabilis. Plerique auctores explicati, aut castigati. 50
IV. De Veterum opinione super annuis Solis cardinibus, & qua ratione alibi quàm in iis Signorum collocati fuerint. Columella notatur. Sothiaca periodi insignis epocha. 42	X. De bipartita anni sectione quam Vergilius plerique tribuunt. 53
V. Illustrantur uberiùs antiquorum sententia de cardinibus annuis; ac docetur contra Scaligerum, nunquam ab iis alibi, quàm in circolorum commissionibus, illos esse constitutos. tum de Sofgenis, vel Julii Caesaris æquinoctiis ac solstitiis. Servius notatur. Varro, Plinius explicati. Sofgenis inconstantia. 43	XI. De canicula ortu & occasu Veterum loca multa, item de Procyne, diligenter expensa. 54
VI. De falsa Scaligeri sententia super veterum Astronomorum solstitiis. Contra quem demonstratur, neque perpetuam sub tropico meridiem fieri illos putasse: neque solstitium in toto dodecatemorio. Geminus explicatur. 45	XII. De tempore messis in Aegypto, & Palestina ex occasione ortus Pleiadum; ac de Sabbato deuteroproto, cuius ratio in Epiphanius Animadversionibus tradita defenditur. contraque eam obiecta solvuntur. Primus mensis ab Hebraeis ad novarum frugum tempus accommodatus. Maturitas frugum duplex. Marci Evangelistae locus illustratur. 56
VII. De cardinibus Veterum sententia contra Geminum defensa. Signa imperantia, auscultantia, videntia, ex Prolemaeo, Pauli Alexandrini, Manilii, & Firmici ra-	XIII. Ex commentariis Aben Esra in caput XII Exodi. 57

LIBER TERTIUS.

In quo de æquinoctiorum anticipatione differitur contra Josephi Scaligeri postumam ejus argumenti diatribam.

- CAP. I. Explicatur summa doctrine Scaligeriana in libro de æquinoctiorum anticipatione. Veteres longitudines, & latitudines fixarum partim ad æquinoctialem, partim ad zodiacum retulisse contra eundem ostenditur. Ptolemaeus illustratur. 60
II. Refellitur opinio Scaligeri de cardinibus annui octavis in partibus signorum à Veteribus constitutis. Eiusdem mirificus confictus opinionum. 61
III. Evertitur Scaligerianus error, ejusque paralogismus contra motum octavae sphaerae discutitur. Hipparchi sententia super Veterum opinione de usis ambabus arguitur. Eudoxum & Aratum rectè de iis existimasse. Quenam Cynosura stella illorum ætate polo citima fuerit. Eratosthenes, Ptolemaeus, Strabo, Germanicus illustrati. 62
IV. De motu octavae sphaerae, confutantur argumenta, quibus Scaliger illum oppugnare statuit. Eudoxi de polo mundi sententia declaratur; nec non Eratosthenis, Hyginus, Aratei Scholiasta. Stellarum declinationes mutari. Ridiculum Scaligeri de iis, deque polo commentum. 64
V. De Eudoxi, & Eratosthenis opinione super polo mundi in quo stellam posuerunt. De Arctico eorundem & Arati circulo, in quo & hic, & alii quidam imperiè versati sunt. Altiudo poli in Græcia perperam à nonnullis Veteribus constituta. Eudoxi, ac Philippi defensio adversus Hipparchum. Arati, Gemini, Hygini error. 65
VI. Examen Arctici, Tropici, & Equinoctialis circuli ab Eudoxo, & Arato definiti, ex quibus Eudoxi de polo sententia colligitur. Quadam in Hipparcho notata. 67
VII. Confutatur falsa Scaligeri persuasio; qui Eudoxi circulos, & Eratosthenis credit ad alium, quam mundi, polum descriptos esse, atque Olympiadum initio congruere, quod Sædovicius evertitur. 70
VIII. Defenditur Hipparchus adversus Scaligeri commentum, qui principem illum astrologia falsò creditit alium ab mundano polum instituisse. 71
IX. De ridiculo æquinoctiali circulo, quem ab Hipparcho constitutum esse falso Scaliger affirmat. Cujus commentum vanitas aperitur. 73

LIBER QUARTUS.

Qui est de anno Græcorum, ac nominatim Attico, adversus diatribam Alphonfi à Caranza Hispani Jurisconsulti.

- CAP. I. De anno Græcorum, ac privatim de Attico. Anni Græci, Atticique, de quo deinceps disputatur, ratio breviter explicata. 75
II. De tricenariis mensibus, annoque communi dierum CCCLX, quem ad Solonis ferè tempora Græcia omnis, ac deinceps nonnulla civitates adhibuerunt. Hos vero menses pro lunaribus ab illis usurpatos esse demonstratur. 76
III. De Herodoti testimonio Hispani Jurisconsulti sententia declaratur, ac refellitur. Eius inscitia Hellenismi. Δὴ τῆς ἑβδ. & id genus formula quid significent. Explicatur Herodotus. 77
IV. Gemini verba neque ab Alphonso Caranza intellecta prorsus esse: & de tricenariis mensibus lunaribus falsò crediti, non de veri solaris partibus accipienda. Idem & de Conforini loco suadet. 77
V. Annum civilem Græcia post antiquiora illa tempora lunarem fuisse primum ex Gemino deducitur; cuius locus illustratur. Simul Alphonfi à Caranza falsa anni Græci ex Gemino descriptio refellitur. 78
VI. Excutitur ac refellitur triplex Gemini interpretatio, quam ad ejus auctoritatem eludendam commentus est Alphonfus à Caranza. cuius & alia loci alterius ex eodem auctore explicatio redarguitur. De loco, ubi Geminus commentarium scripsit. Theonis locus emendatus. inscitia Alphonfi super Græco vocabulo sententia. 80
VII. Pergitur in anno lunari Græcorum: cuiusmodi variis ex auctoribus asseratur, ac primum de anno Attico. 82
VIII. Alphonfi à Caranza mira secum pugna, & contrarietas. 86
IX. Excutitur, ac refutatur Alphonfi opinio de triplici anno civili Attico. Quid sit civile, præsertim in anno. 88
X. Annum Græcia popularem ad Lunam descriptum fuisse Veterum auctoritatibus adstruitur; que & singillatim expenduntur, & ab Alphonfi, Caranza falsa interpretatione vindicantur. 89
XI. De anno solari, quo Græci tacito, ac recondito sunt usi, cuius ratio diligenter exposta: & Alphonfi Caranza falsa opinio discussa. Mensis naturaliter Luna proprius, ut annus Solis; & utrumque certa methodo temperatum à Græcis explicatur. τῆς αἰσάδα quomodo Græci menses habuerint. 92
XII. Quatenus Græci omnes populi, & quamdiu lunarem annum civilem obtinuerunt. Galeni locus insignis illustratur, & castigatur. de bisextilis diei situ in anno Juliano falsa ejusdem opinio. 93
XIII. Expenduntur testimonia Veterum, & argumenta, quibus Alphonfus à Caranza lunarem Græcorum oppugnat annum, atque æquabilem adstruit. 95

LIBER QUINTUS.

In quo de anno Judaico, Ægyptiaco, & Romano vetere contra Alphonsum à Caranza Hispanum, & Claudium Salmasium differitur.

- CAP. I. De civili Judaorum anno sententia nostra proponitur. que & ab Alphonso calumnia vindicatur. Huius opinio falsa de triplici anno civili. reliqua item absurdè scripta. 101
II. De anno Patriarchico, quem Judaicum inscitè vocat Alphonfus; deque diluvii tempore, mensibus, ac diebus. Illustratur Mosaica descriptio. 102
III. De anno Ægyptiaco, & caniculari periodo refutatur Salmasii

- Salmasii disputatio, in qua secum ipse velatur. Censorinus ab ejusdem falsa reprehensione defenditur. Geminius, Theo, Censorinus idem illustrati. 104
IV. De anno Ægyptiaco contra Alphonsum Caranzam disputatur. explicata Diodori & Strabonis loca, quibus abutitur. Theonis verba perperam ab eo accepta declarantur. 106
V. De anno Ægyptiorum civili contra Salmasium agitur. Explicatus Strabo, & Horus Apollo. Canicularis annus qui fuerit. Plinius à Salmasio depravatus exponitur. triplex annus Ægyptiorum. 107
VI. De anno Ægyptiaco & caniculari. Censorinus illustratur: ac falsa de anno magno Salmasii conjectura discutitur. Plinii locus male ab eodem acceptus. 108
VII. De Romano anno vetere controversia vetas expenditur adversus Alphonsum à Caranza. 109
VIII. De ara Hispaniensis refellitur Alphonfi sententia. Ea vox barbara esse docetur, & ignota puriori Latinitati, tum que illius origo. 110
IX. De anni Romani castigatione Juliana falsa in Epiphaniatas Animadversiones Salmasii disputatio refellitur; ac Solinus male ab eodem explicatus, & correctus exponitur. 111
X. De anno Attico nuperi cujusdam Scriptoris conjectura refellitur. Herodoti & Halicarnassensis locus non rectè ab illo acceptus. Eiusdem pugna factus. 112
XI. De periodo Attica recentioris auctoris; cuius contextus dissolvitur. Epiphanius locus perperam ab eo emendatus, & expositus illustratur. Dies natalis CHRISTI ex ejusdem, & aliorum sententia. Lunaris defectio ab auctore nupero sub initium lunaris mensis conjecta. 113
XII. De anno Romano vetere contra nuperi Scriptoris opinionem differitur. Falsa ejusdem periodus. Alienigeni claudis annus male à Polybio traditus. Merkedonii originatio falsa. Calvisii error in annis Urbis. 115
XIII. De anno, quem Confusionis vocant, falsa nuperi Scriptoris derivatio rejecta. Censorini & aliorum sententia defensa. Ciceronis ac Cæsaris loca nonnulla declarantur. De mundinis nuperi ac præpostera opinio refellitur. 116
XIV. Illustratur insignis Euripidis locus ex Tragedia Rheso. in eoque recens hallucinatio convincitur. 117

LIBER SEXTUS.

In quo contra Plinianarum ad Solinum Exercitationum Claudii Salmasii varia capita disputatur.

- CAP. I. Ira Salmasii à seipso dissenso, ejusdemque de sepe iudicium. 119
II. Disputatur contra Salmasium de cardine anni Attici, suiique mensum, ac primum astronomica negotia ad dirimendam controversiam utiles explicantur. 126
III. De Mamesterione mense, ubi Pliniani exercitatoris desultoria levitas ex eo ipso, quod attulit, argumento, mino modo convincitur. tum in reliquis mensibus error ejusdem. 121
IV. De Poseidone mense multiplex & incredibilis hallucinatio Salmasii. Propugnantur que in Epiphaniatas Animadversionibus de eo mense tradita sunt contra Scaligerum. 122
V. Occurritur argumentis omnibus, quæ Salmasius contra nostram, ac suam adeo priorem sententiam attulit. Procul locus ab ipso tractatus exponitur. Mamesterion quomodo liberum fuerit. Harpocraton illustratur. 123
VI. Agatharchida locus insignis expenditur: in eoque Salmasii error gravissimus. 125
VII. De urforum latebris, eorundemque tempore. Aristotelis locus correctus: cum eoque conciliatus Plinius. Salmasii in utroque error & imperitia. 126
VIII. Plinius à falsa Salmasii reprehensione defenditur. Initia tempestatum iidem ut à Græcis à Plinio constituta. Apuleius explicatur. Salmasii secum suda velatur. 127
IX. Salmasii vana conjectura notatur, ac falsa sententia, qui Philippum astronomum fuisse nullum putavit. Huius mentio ex multis auctoribus representata. Eiusdem ætas ac patria proditur. Proculus insigniter emendatur. Salmasii error negantis ex Eudoxo phenomena sua Aratum expressisse, ibid.
X. De cardinibus annui Græcorum veterum Salmasii pugna secum: item absurda sententia. Qua ratione octavis paribus cardines attributi sint. Varii ejusdem Salmasii errores. 129
XI. Salmasii ridicula Arateorum carminum expositio, tum vana Theophrasti castigatio. 131
XII. Firmici locus insignis imperitissimè à Salmasio corruptus vindicatur & exponitur. Ortus & occasus matutini ac vespertini Veneris ac Mercurii. Plinius illustratur. Alia ejusdem Salmasii peccata. 132

LIBER SEPTIMUS.

In quo contra Plinianas Salmasii Exercitationes differitur.

- CAP. I. De canicula ortu Veterum dissidia frustra à Salmasio conciliata. Eius triplex ratio confutatur. 134
II. Salmasii multiplex hallucinatio. Imprimis quod Procyonem ante caniculum occidere putat. Ostenditur falsò ab ipso credi Plinium procyonem sumpsisse perpetuò pro canicula. Plinius illustratur. 135
III. Super Vergilii versibus disputatur. Salmasii errores gravissimi in interpretando Vergilio. Plinius ab eo non intellectus illustratur. Itidemque Ptolemaeus, & Hipparchus. Quid sint τῶν ἀστέρων ὄρα, & ἀστρονομία stellarum. Manilius & Firmicus explicati. 137
IV. Salmasii multiplex hallucinatio. Omnia ab illo susque deque habita. Theo prodigioso errore ab eodem expositus, ex quo consequens sit Theonem, qui CCC amplius post Christum annis floruit, orbis initio vixisse. 139
V. Salmasii de Hesiodo æquinoctio absurda sententia. Error ejusdem de bipartita anni sectione. Item alius, ex quo sequitur Hesiodum orbis initio floruisse. Ptolemei libellus à Leonico editus miscella tumultuaria est. Idem illustratur. 140
VI. Salmasii absurdissima de Ovidii; item de Aëtii, & aliorum locis sententia. 143
VII. De horologii veterum, & umbrarum mensura, absurda Salmasii conjectura. Palladii ratio in umbris mensuris finiendis inextricabilis. 144
VIII. Confutatur opinio Salmasii, qui diem apud antiquos negat in horas tributum fuisse. Tum falsò heliotropia ad sola monstranda solstitia, & æquinoctia constituta credit. Babylonii horarum inventores, sive duodeonarum diei partium. quod & penes Ægyptios fuit. Umbra in horologiis pedum modulo dimensa. Cur εὐρέα dicta. Hinc δεικνύται δὲ δεικνύται εὐρέα. Ridicula de Cynocephalo ratiocinatio Salmasii, cui Ælurus opponitur. Victorini locus perperam ab illo acceptus exponitur. 144
IX. De solaris Achaz contra Salmasium differitur. diu partes ab illo monstratas esse. Vana Salmasii conjectura refellitur. Neemia locus male ab eodem acceptus. Vulgatus interpres defenditur. 145
X. De horizonte duplici, ac præsertim sensu. deque ejus intervallo Sædovicius statuendo. que sit altitudo summa montium.

CONSPECTUS CAPITUM.

- montium. de Siculo illo speculatore Carthaginensium & Libyæ navium. 146
 XI. Gemini ac Prochi locus perperam interpretatus à Salmasio. cujus opinio de horizonte sensu refellitur, qui non nisi in CCC stadiis mutari illam asserit. 147
 XII. De Gemini loco disputatur iterum, ejusque vera ratio traditur, explosis Salmasii commentis. Eiusdem errata varia. 149
 XIII. De sensu horizonte, quem non esse planum circum, ut Salmasius putat, ostenditur. Eiusdem alogia de parallelorum inter se ratione. 159
 XIV. Manili loci illustratur à Scaligero, multoque magis à Salmasio depravatus, & perperam acceptus. Eiusdem Salmasii errores varii, & gravissimi. ibid.

LIBER OCTAVUS.

Qui est de Græcorum æris ac computis.

- CAP. I.** De triplici Græcorum æra, quæ ad duas redigitur. Illustratur Panodori Chronologia. Maximus, Georgius Syncellus, Theophanes, alique notantur. 153
II. De computo annali Veterum, imprimis Africani methodi vinculis soluto. Eiusdem Africani Chronicum opus illustratur. Phoriti obscurus locus explicatur. Cæsi Africanus. 155
III. De Græcorum æris, quatenus methodis Paschalibus, & cyclis implicata sunt. Panodori computus illustratur. Ab eo propagatus est alter quem Maximus adhibet. 156
IV. Fragmentum Theophanis insigne ad Græcorum computorum rationem explicandam, ad lãque nota eodem pertinentes. 157
V. De Græcorum computorum epocha in anno Juliano. deque cyclorum in iis methodo. Maximus illustratur. 160
VI. Confutantur ea, quæ de Græcis computis explicavit Scaliger in VII de Emend. Temp. idemque varii exemplis illustrat redduntur. 162
VII. De methodo Paschali computorum Græcorum. ac primam de alogia, sive investiganda feria. exponuntur elementa ejus omnia. quid sui regulares, concurrentes, & cetera. Scaligeri in his error. Maximus & Isaacus expostiti. 163
VIII. Explicatur methodus Luna in computo Maximi, sive Alexandrino. Epacta Luna, ejusdemque regulares, & ambarum propagatio. 164
IX. De methodo Luna in Constantinopolitano computo. 165
X. De lunari æra, & terminorum inter se Isaac Argyri ridicula ratio. Quarta decima Paschalis cur plenilunium dicatur. Isaac erroris varii. æquinoctium falsum ab eodem observatum. 166
XI. Altera methodus Paschalis exponitur, quæ in sancti Andrea computo cernitur. 169
XII. Declaratur usus computi superioris Græcorum, & præcipuorum festorum exemplis adstruitur. ibid.
XIII. Methodus computi Græcorum, qui à Maximo, Isaac, aliisque traditus est, per tabulas, & Canones expeditissima traditur. 170
XIV. De certorum hominum Paschali computo ac methodo, quos sanctus Maximus armatissimos & hæreticos nominat. nos undecuplatores appellamus. quorum ratio propè inextricabilis visa Scaligero, facillime declaratur. De isdem error Scaligeri. 175
XV. Undecuplatores illos, de quibus agit Maximus, usus esse computo Constantinopolitano, & Victorini, seu Latinorum methodo; ita tamen ut à Catholicorum instituto non abhorrent, contra quàm Maximus, & Scaliger arbitrati sunt. 176



DIONYSII



DIONYSII
 PETAVII

E SOCIETATE JESU,

AD AUCTARIUM OPERIS DE DOCTRINA
 TEMPORUM VARIARUM DISSERTATIONUM

LIBER PRIMUS,

In quo ortus & occasus stellarum fixarum methodus exponitur.

ΠΡΟΟΙΜΙΑ.

ORTUS stellarum, occasusque cognitio res est & ad multas vitæ partes utilis; & ad Scripturam veterem intelligentiam apprime necessaria; & ad absolvendam temporum Doctrinam haud levis ex ea fit accessio. Veteres enim; credo quod annos aliter quàm ad Solem directos; ac minus ideo stabiles; ac fixos adhiberent; præcipuas anni tempestates, & cardines; quos vulgò cognitos ac constantes esse vitæ communis intererat; illustrum stellarum ortu, occasusque distinxerunt. ut inter alios meminit Achilles Tatius in calce Hægogæ. Quod & posteri, tametsi constituta jam ad Solem, ac defixa civilis anni ratione, in iis potissimum, quæ ad agriculturam pertinent, explicandis gubernandisque temperant. propterea quod occultata vi prædita esse quædam sidera putarent; quæ & tempestatum mutationem faceret, & ad nullorum procuracionem operum singularem commoditatem asserret. quæ de re paullo post videbitur. Nunc duabus ex causis de ortu stellarum, & occasu commentari hoc loco aliquid in animum induxi meum. Nam & susceptæ jam à nobis traditæque temporum Doctrinæ haud diutius debet pars illa potest; & ad Hipparchi, Gemini, Ptolemæique libros, quos in hac editionem conjecimus, illustrandos, etiam factu id necessarium videtur. Accedat & illud præterea tertium: ut quæ hoc in genere Plinius Exegeticus supra fidem imperitè, absurdèque scripsit, plenissimè convinci, refutarique possint.

Duo sunt in Hægogæ Gemini loca, quæ hanc operam à nobis efflagitant. Alter capite XI, ubi ortuum & occasuum varietatem omnem ac rationem sic explicat, nemo ut accuratius id præstiterit. Alter in libri fine, ubi breve paræpema, sive cœlestis anni Hægogæ cum ortu, occasusque præcipuorum siderum exponit. quod ipsum liber alius, qui Ptolemæi nomine inscriptus est, & in Ptolemæi operibus continet, uberius præstat. Accedit Hipparchus, qui tribus libris stellarum situs, & earum ortus, occasusque declarat. Ut igitur majori cum fructu, ac voluptate candidus lector in horum lectione versari possit, methodum omnem computandi ortus occasusque fixorum siderum certos in Canones

Part III.

conferam, perinde uti lib. VIII de Doct. Temp. factum est in Solis, Lunæque motibus ac defectionibus. Quod antequam aggredior, quid ortus iste, occasusque sit, præsertim ex Gemini, Ptolemæique doctrina, proponendum videtur.

CAPUT I.

De ortu, & occasu stellarum, quid sit, & quomplex à Gemini, Theophrasto, Ptolemæo, aliisque declaratur.

SIDERUM ortus occasusque rationem habet duplicem. Aut enim cum finitore dumtaxat circulo: aut etiam cum Sole comparatur. Primum genus absolutum est, ac simplex, ad quod ἀνατολή & δύσις pertinet; hoc est supra finitorem emeritio stellæ, vel infra eundem depresso. Posterius implicatum & mistum. Nam & ad finitorem referitur oriens, occidentive stellæ: & ad Solem respectum habet; prout ab eo longius, propiusve distat. Ortum hujusmodi Græci proprie vocant ἀνατολή, quæ cum φάσγαν aliis conjungitur; alias sine ea contingit. Occasus itidem ortui respondens interdum δύσις est sola; interdum ἀφελσις, id est occultationem ab Sole habet adjunctam.

Hoc quemadmodum fiat, Gemini cap. XI ita declarat. ἀνατολήν scribit cum δύσειν promiscuè ab imperitis haberi. Ea verò ab invicem secerni. Nam ἀνατολήν diurnum esse stellæ supra horizontem emeritum: cui δύσις, sive ἀφελσις, & φάσγαν opponitur. At δύσις Solem præterea respicit. sive cum eo conjuncta, & ejus absorpta luce supra finitorem pariter affurgit. Sive illius expedita radiis paullo ante ipsum oritur, ac sui primùm videndæ copiam facit. Sic ei respondens δύσις partim occasus cum Sole cadentis, nec apparentis est stellæ; partim ab eo paulullum distantis, postremumque conspectæ.

Hoc posterius genus bisariam utrobique dividitur. Est enim δύσις ἡμετέρα ortus matutinus, & ἡμετέρα δύσις. Totidem δύσις ἡμετέρα formæ sunt. Rursus utraque pars in duas alias tribuitur. Nam alii sunt ortus, & occasus ἀληθινὸν veri: alii sunt φανόμενοι, apparentes. Ita quæ.

A